



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De maculus animæ. Cap. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

PARS PRIMA. 29

nem impone, inuocatione illa quã  
in hortulo, quem de sancta oratio-  
ne conscripsi, tradidimus: sic enim  
secura eris, te maiora etiam votis  
impetraturum, ad laudem & glo-  
riam totius coelestis curiæ. Amen.

IN NOMINE  
PATRIS, ET FILII,  
ET SPIRITVS SANCTI,  
Amen.

*De Maculis Anima.*

CAPVT I.

**L**A V <sup>29</sup> *a malitia cor tuum Ierusalem, Ier. 40*  
*vt salua fias.* Singulari cum pri-  
mis diligentia, tibi ò anima quac-  
unque angustam perfectionis se-  
mitam inire contendis, opus est: in  
corde ab omni malitia, cunctisque  
scelerum, & passionum maculis e-  
luendo & expurgando: in quibus  
non tantum vniuersis, sed etiam sin-  
gulis mundandis strenuam te ope-  
ram collocare oportebit. Quod vt  
eo facilius agere possis, omnes ani-

B 3 mi

30 SPECVLVM ANIMAE

Omni maculas, quas in hoc speculo sub numero viceno & quino complexi sumus, (vt inspicienti manifestum est,) sigillatim persequemur, & explicabimus, methodumq; maculas eorum eluendi ostendemus: Sunt autem hæ.

*Definitio eorū  
que in hoc  
speculo tra-  
duntur.*

1. Prima est, propria voluntas.
2. Affectio nimia ad res temporales.
3. Affectio inordinata ad res sensuales.
4. Amor inordinatus.
5. Negligentia & otium.
6. Timor nimius poenarum infernalium.
7. Inquietudo & impatientia cordis.
8. Quæsitio sui ipsius.
9. Desiderium honorum & gloriæ mundanæ.
10. Curiositas.
11. Vana gloria.
12. Distractio cordis.
13. Amaritudo siue tristitia animi.
14. Delectatio cogitationum intelle-

PARS PRIMA. 31

tellectualium, siue curiosa speculatio intellectus.

15. Nimia sollicitudo in rebus externis.

16. Otium & recreationes.

17. Tædium & acedia.

18. Contentio.

19. Iudicium temerarium.

20. Nimia confidentia.

21. Pusillanimitas animi.

22. Metus nimius spectrorum: & molestiarum corporalium.

23. Multiloquium.

24. Scrupulositas.

25. Complacencia in dulcedine consolationum spiritualium & visionibus.

Hæ sunt maculæ generales, quæ tibi, Anima, impedimentum obijciunt, quo minus secretum sponsi tui IESU Christi, dulcissimi amoris tui thalamum ingredi, eoque perfrui possis. Itaque si ei placere appetis, mundanas sponas imitare, quæ ut sponis suis probentur, omni arte ac diligentia in se ornandis, & facie fucatis colorum pigmentis

*Anima mundi sponas imitari debet.*

B 4 obli-

oblitienda, vestimentisque varijs  
 odoramentorum ac vnguentorum  
 odoriferorum generibus imbuen-  
 dis, vtuntur, quo speciosiores ac  
 fragrantiores coram eo appareant:  
 Cum ergo ex innumeris penè ma-  
 culis, quæ te deformem atque ocu-  
 lis formosissimi atque nitidissimi  
 IESV sponsi tui detestabilem atque  
 execrandam reddunt, hæc sint præci-  
 puæ, quæ cæteras ambitu suo com-  
 plectuntur, elaborandum totis vi-  
 ribus atque defudandum tibi est, vt  
 eas eluas, atque è conspectu sponsi  
 amoueas, ac teipsam in hoc speculo  
 diligenter intuearis, & examines.

Ego quidem amore dulcissimi,  
 melliflui & suauissimi IESV & tui  
 etiam amore, informabo te de mo-  
 do quo singulas earum specialiter  
 eluere ac mundare valeas. Iamque  
 ordiar à prima, in nomine ter San-  
 ctissimæ ac semper venerandæ Tri-  
 nitatis. Patris, Filij, & Spiritus San-  
 cti: & dulcissimi IESV. Amen.

*De Propria Voluntate, Macula I.*

CA.